



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hierakosophion**

**Demetrius <Pepagomenus>**

**Lvtetiae, 1612**

Iv. Ad eum qui ex fumo aegrotat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12846**

accipitri edendas per triduum, & tibi obediens vocatus.

*Ad eum qui ex fumo ægrotat.*

**E**X fumo ægrotare incipientem cognosces, cum videbis tristem, & preter consuetudinem obstipum & graue caput deferentem, alas frequenter pandentem, palbebram inferiorem humoris plenam habentem, sese affricantem perticæ, aut homini gestanti, aut vnguibus suas nares vellicantem. Promptum remedium primum est, si ipsum abstrahas à causa lædente, nimirum fumo; deinde veteri vino frequentius eius oculos foueas. Sin diuturno fumo iam afflictus est, allij exiguum cum veteri vino contusum, per pinnam eius naribus infundes. Hoc idem facit opobalsamum naribus instillatum, & garum quam optimum cum vino & rosaceo ex æquo commistum, per pinnam illitum naribus & palato. Quod ubi feceris, in sole per horam ipsum colloca, atque eundem pasce carne neruosa, & pristinæ valetudini restitueris.

F iij

